

—DIA 28 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Deus contulit beato Josepho altissimum quoddam munus ad quod digne exercendum summa puritate et sanctitate indigebat.—*S. Thom.*—Beatum Josephum per Mariam eximiam sanctitatis perfectionem obtinuisse.—*Pet. M.*—Beatus Joseph fuit a Christo Domino summa dilectus.—*Pet. M.*—Sanctissimus Joseph ab Æterno fuit electus, et utpote summe dilectus in libro æternæ vitæ fuit inscriptus.—*Pet. M.*—Beatus Joseph amore naturali diligebat Christum Dominum filium suum, magis quam Pater naturalis et legitimus amaverit filium suum.—*Pet. M.*—Omnia officia, omnia munia, omnia obsequia veri Patris Beatus Joseph Christo Domino perfectissime præstitit.—*Pet. M.*—Amavisse Christum Deum ea dilectione qua nemo filium aut amicum aliquando dilexit.—*Pet. M.*—Joseph perfecte cognovit secundum statum hominis mortalis Christum verum Deum; illum igitur ineffabili amore dilexit.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissime Joseph fac ut percipiat mundum perfectissimam vitam tuam.*Et esto reis venia, medela ægris, pusillis corde robur. ¶ Atque afflictis filiis tuis consolatio, adjutorium et liberatio. Et esto reis....

LECTIO II.

*Utinam omnes sorores Josephinae cordi Josephi
—consecratae sint.—*

Quemadmodum semper vehementi desideravimus.

DIA 28 DE AGOSTO

827

cum desiderio, nostri Patres Missionarii omnino cordi Josephi sint consecrati, ita etiam, idem de nostris sororibus Josephinis desideramus. Et hoc non res nova, est sed justum est consecrarium amoris qui cum semper habere et profiteri ante omnia debemus. Hac de causa, ab hac die, convocationem ad nostras dilectissimas filias dirigimus, et postquam per suum divinum officium cœli gratiæ impetrent, ut in primis illæ eum agnoscant, et postea eum alteris faciant agnoscere, dare videtur, oculi sui convertere debent et figere super cor ejus purissimum. Hac de causa, desiderium nostrum est, ut unæquæque nostrarum filiarum charissimarum, in suis necessitatibus cum invocent et publice clament, et dum veniat tempus hoc etiam faciant; et tunc Institutum videbitur non solum miraculose approbatum et mirabiliter extensum, verum etiam, seipsas curabunt, ut omnes vicini ubi fuerint congregatae, infirmi quos inserviant, pauperes quos succurrerent et puellæ quas edocerent, vexillum purissimi cordis Joseph levant portent, tamquam triumphum laborum, adversus impietatis exercitus, angoris generalis causa. Dum Joseph agnitus sit, et in corde suo sacro veneratus, sicuti Duci Sacræ Familiæ convenit, tunc familiarum, pax et tranquillitas renascerant; hæc domos suas ad novam domum Nazareth componere curabunt; juvenus et infantia in vita Jesus mysteriosa oculi sui ponent; virgo, nupta et vidua in Maria conspicient; juvenis, nuptus et pater familias in Josepho considerabunt, et potenter super mundum, demonium et carnem, omnes inciperemus admirabilis omnium electorum Domini vita.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ego vocabam eum Patrem et ipse vocabat me filium suum. *Ego conversatus sum cum Josepho in omnibus. ¶ Sicut filius ejus diligebam ut pupillam oculi mei. Ego....

LECTIO III.

*Utinam omnes Josephini semper juxta cor
—Joseph offerantur.—*

Si super cor Jesus meruit cor Joseph reclinare, innumerabiles palpitationes suas audire et de illo vitam suam sanctissimam sorbere, plane consequitur, cor Josephi magister omnium debet esse josphinarum et josphinarum, quia Josephi, mediis sacri ejus cordis operationibus, dulcedines divini amoris et magnitudines fundamentaliter nos explicabit, halitum infundet, quod Jesus et Mariam ipsum communicabant, modum ipsos amandi vivide, practici edocebit, et ut essemus ita in virtutum praxi constantes, ut postea vitæ æternæ pretiosus fructus mereamur. Primum quod cor Josephi habuit templum, in domo fuit Nazareth, quoniam, veluti Maria et Joseph absorti illo in infinito amore, qui de coelo ad terram fecit descendere Verbum caro factum, mediis divinis ejus parentibus, ita Jesus et Maria cor Josephi honorabant, et tot quot id imitantur, practice mansio essent illibata honoris, fidei, charitatis, laboris, orationis, pacis et spiritus tranquillitatis. Quod cor Josephi a nobis omnibus josphinis adoretur, quod illud, super rationem nostram, leges suas supremas dictet, quod in omne occasione super agendi modum nostrum e vigilet, quod res nostras protegat, quod arbitrum sit quod cogitationes nostras regulet nec non et verba et opera; quod infir-

morum sit salus, senium auxilium, viduarum sustentaculum, orfanorum Pater, et nos in hora mortis nostræ ita asistat, ut ad coelum eamus. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ergo ex unione Josephi cum Maria et Jesu.* Pretiosa dona et maxima privilegia. ¶ Nostrum privilegium fuisse consecutum, certissimum est.—Pretiosa....

—DIA 29 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph Christum speciosum præ filiis hominum, in cujus labiis erat diffusa gratia intuebatur, amplectabatur, osculabaturque; ideoque inexcogitat amore illum dilexit—*Pet. M.*—Etiam cum ardente amore B. Josephum Christus redamabat et diligebat propter suave, amicabili et longæbum commercium quod inter se sanctissime exercebant.—*Pet. M.*—Si de Christo puero loquamur plus Christus Josepho quam Matri debebat; quia fuit filius Mariæ post concensum Josephi, et quia tum de Maria, tum de Jesu tantum curam habebat, ut continue magis collatis beneficiis officiis et obsequiis demereret.—*Pet. M.*—Etiam licet intelligere intercessisse inter Mariam et Joseph, et inter Joseph et Jesum singulare vinculum mutui amoris, ac perfectissimæ amicitiae, quæ intrinsece oribatur ex dignitate, et statu, ad quem hic vir assumptus est.—*Pet. M.*—Beatus Joseph amore charitatis supernaturali incomparabiliter dilexit Christum Dominum.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Post Jesum et Mariam noster immaculatus Joseph.*Est pro nobis filiis suis. ¶ In omni negotio fidelissimus, utpote Pater virginalis Christi et virginis Mariæ Sponsus. Est. . . .

LECTIO II.

*Joseph et Maria, a Deo sunt prædestinati
—per modum unius.—*

Oh beate Joseph! oh Sacrae Familiae egregium Dux! cum fideles omnino video sollicitos laureas mysteriosarum florum tegentes, vestram immaculatam Sponsam ad coronandam, cor meum ineffabili gaudio impletur, quia Mariæ gloria est Josephi gloria, quia Maria desponsata nec quidem concipitur absque suo desponsato Josepho. Ita certum est, quod per modum unius prædestinati fuerunt, ut virginalis efformarent matrimonium quod nobis, floris camporum, Christus Jesus, fructum donare debebat. Corona eximiarum Josephi virtutum pretiosa, tibi, excelsum dignissimi Mariæ Sponsi et virginalis Jesu Patris dignitatem meruerunt; et res ambae fundamentum sunt omnium aliarum gloriæ, et de ipsa potestate, quæ in coelo gaudes. Fac, oh bone Joseph, ut virtutes vestrae, ambarum familiarum josephinarum, vestrum dilectissimum Institutum efformantium, virtutes sint, ut illae, ad quam cogitationes nostrae, verba et opera aptemus, sint norma; ut ille fidem nostram nutriant, nostras dulces spes foveant et sustentent; quod dum inter pericula vituæ et necessitates invocemus, sollatium sis nostrum, auxilium et refugium verum: ita magno eum fervore tibi hoc petimus, et cum hoc Sanctae Ecclesiae triumphum,

summi Pontificis antonomiam et peccatorum conversionem.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fuit divinus Joseph coram Deo Patre et Christo Jesu.*Justus singularissimus inter omnes. ¶ Et fuit in omnibus operibus suis secundum divinum cor justus. Justus. . . .

LECTIO III.

Dominus Joseph, protector omnium sacerdotum est.

Pius Papa Nonus, Dominum Sanctum Josephum, Ecclesiae Universalis, Protectorem proclamavit, et hic de quo ornatus est character universalitatis, ut ad omnes extenditur, facit concludere; sed ad omnes et simul ad unumquemque singulariter, et inter universalitatem, omnes comprehendit singulares; quia de facto, omni cum veritate et sine ulla hyperbole, Joseph, omnium sanctus est, et in Ecclesiae Dei, sanctus universalis. Nunc, Ecclesiae sensum in analysi insequentes, dicemus: in primis sanctum esse omnium sacerdotum protectorem. Et requidem vera, cum esset Ecclesia postremis in momentis Vaticani Concilii, cum vidisset potentias Ecclesiae inimicas eam vellent destruere, si ita possint, omnis illa sacerdotum multitudo, ad dignitatem episcopalem, archiepiscopalem, abbatialem, monsenioralem, cardenalitiam Sanctae Ecclesiae evehctorum, inclusus ipse Pontifex, omnes sub Sancti Josephi patrocinium confugerunt; omnes una cum ecclesiis suis, operibus, seminariis, pecuniis, rebus, omnes tandem sub Sancti Josephi patrocinium confugerunt. Et quo fine? Sanctissimo quidem fine in illa terribiliora contentione non perire, et sine adhuc ad-

mirabiliore, omnes sacerdotes dicendi a Sanctissimo Patriarca, modus sanctissimus, convenientissimus, debita cum perfectione, prudentia, convenientia et sanctitate, adorabilem Jesu personam tratandi. Utinam omnes sacerdotes eum, veluti tractare mereatur, tractemus. Amen

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph vocatur justus.*Propter omnem virtutem perfectissimam possessionem. ¶ Joseph autem vir ejus cum esset iustus. Propter omnem....

—DIA 30 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph omnia angelorum ministeria cum Christo præstitit; igitur fuit divinus Joseph omnium angelorum suprema conditoris dilectione.—*Pet. M.*—Studerit Joseph diligenter habere in conversatione cum Christo Jesu ardentissimam charitatem.—*S. Bern.*—Invenit felix Joseph suae Sponsae desideria, invenit Æternum Dei Verbum foris in mundo hoc incarnatum, amplexus est et deosculatus.—*Barrad.*—Joseph primus post Virginem Jesum vidit; primus adoravit, primus coelestem dulcedinem degustavit; primus post longissimam noctem solem orientem vidit; atque in sinu suo Christum tulerit, et vehementissime amaverit.—*Barrad.*—Quocirca præcipuo et inexcogitato amore Joseph amavisse Christum ambigendum minime est.—*Grat.*—B. Virgo et B. Joseph amore naturali, aequo et supernaturali se invicem perfectissime diligebant.—*Pet. M.*—Ma-

ria SS. et justissimus Joseph amore naturali incomparabile se mutuo diligebant.—*Pet. M.*

Noe hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si Maria est ut tertia persona post Christum et Spiritum Sanctum.*Noster divinus Joseph ita est efficacissimus pro nobis intercesor. ¶ Ut divinus esse revera quartam in patrocinium nostri Instituti personam. Noster....

LECTIO II.

Dominus Sanctus Joseph omnium Missionariorum
—*protector est.*—

Verum est, quod dubitare nunquam possumus nostrum magnum Patrem Dominum Sanctum Josephum, omnium Missionariorum universalem Protectorem esse; et verum est, quod nostrum, modo specialiori, futurum esse, quoniam sellegit nos, ut simus familia ejus, inter nostrorum dierum circumstantias criticas. Veluti Dominus Sanctus Joseph novae Legis primus fuit sacerdos, quoniam primus qui Jesum habuit in manibus suis fuit; primus qui Æterni Patri ipsum obtulit, et primus, qui suo sacro contactu sanctificavit se, et semper ad negotium suum fidelis, majore cum perfectione ubique operavit; ita Dominus Sanctus Joseph primus fuit Missionarius, usque ad omnium illorum esse perfectior titulus. Ille in visceribus purissimis unæ Virginis purissimæ, eum introduxit, ille dum novem menses finierunt, in Bethlehem præsepium duxit, ille in octavo die eum circumcidat, ille apud Magos, qui omnes gentiles representabant, monstravit, ille eum in templum direxit, et tamquam victima expiatoria eum obtulit sputum, flagelatum, colaphizatum

et crucifixum, ille eum in Ægyptum portans, salvavit, in Nazaret eum regrediens, in tempore ipsum servans in quo Æternus voluerit horam signare, praeconceptam; et ille fuit cujus causa deserta transivit, fames passus fuit, satis fessic et omnes labores. Talis est Missionarii Josephini vita! Propter Jesum sufferre, laborare propter Jesum; et laborare, et sufferre cum oratione et jejuniis; et semper hoc facere, in omni occasione, in omni circumstantia, cum fervido desiderio; Jesum Personam, ut convenit, tractandi; ut tali modo animas salvare.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Credo istum virum Sanctum Josephum. *Fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate. ¶ Ardentissimum in charitate. Fuisse...

LECTIO III.

Dominus Joseph Protector est animarum

—Deo consecratarum.—

Omnium Ordinum religiosarum Dominus Joseph Protector est, etiam omnium Institutum et omnium Congregationum quorum membra utriusque sexus Deo se consecrant. Uni vitam contemplativam degentes, alteri mysticam, quae exercitiis vitae contemplativae et exercitiis vitae activae componitur. Et omnia hæc in domo Nazareth perfectissime stabilitum erat, qua Jesus, Maria et Joseph, nobis fuerunt norma supramodum perfecta cui imitari debemus. Et si omnes Comunitates Religiosae in Domino Sancto Josepho suos admirabilis habent Protector, quid de nobis erit, sui dilectissimi filii? quid de ambabus familiis josephinis, quae profitentur illas semper in domibus suis, progressus semper

admirabilis domus Nazareth, introducere? quid de omnibus universalis consociationis sociis Domini Sancti Josephi, qui in tantis laboribus, persecutionibus, et dieteriis, attamen, millia millium inveniuntur suorum sociorum? quid de filiabus josephinis, quae tamquam mexicanæ charitatis sorores, ita crescunt et augmentant, ut hodie, Aprilis decimo nono, anni 93, centum quadraginta membra in decem et octo domibus distributa? quid de Missionariis Josephinis, qui usque ad summum animarum salvationem operabunt, seciorum bona Josephinorum et coadjutorum nostrorum curabunt? Ah, Josephum amemus! nostrum magnum Patrem Dominum Sanctum Josephum diligamus! nos nihil esse, confitemur! veniam quantum sumus, et quantum poterimus, omnes felicior est effectus protectionis quæ Dominus Sanctus Joseph nobis dispensat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph habuit de plenitudine gratiæ Caristi excellenter. *De plenitudine gratiæ Virginis Mariæ singulariter. ¶ De plenitudine omnium sanctorum virtualiter cum excellentia et perfectione. De plenitudine....

—DIA 31 DE AGOSTO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quid, quæro, majoris dilectionis vinculum potest, aut poterit esse conjunctius sanctissima societate Joseph et Maria, quam Jesus æternus amor instituit, propria custodivit præsentia, auxit et perfecit?

—*Pet. M.*—Noverant beata Virgo et beatus Joseph se a Deo electos ut divina inter eos perseveraret dilectio, qua totius humani generis gelida (tepescerent) corda.—*Pet. M.*—Amor inter Mariam et Josephum est amor ille divinus, et illa suprema charitas, quæ sola verum Deum dedit mundo, enutrivit ac induit.—*Pet. M.*—Sancti Josephi caro non fuit corrupta, sed similis carni suæ conjugis; incorrupta propter contemptum spurcitæ carnis; et omnimodam ejusdem inexperientiam, carens peccato.—*Pet. M.*—Supremæ contemplationis non expertus fuit Joseph; sed summa jucunditate efusse officio incubuit suæ Sponsus imitatus exemplum.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Vos omnes filii Sanctissimi Josephi nolite eum oblivisci.*Quem cum sidulo pio affectu, in necessitate et non deseret. ⁊ Nos invocantes eum nunquam rejiciamur ab illo et Sponsa Sanctissima sua Quem....

LECTIO II.

Nostræ immaculatus Joseph. Protector est omnium virginum.

Sanctum esse omnium virginum, Sanctum Josephum bene affirmare possumus, quoniam altissimum seraphin puritate excellit, tanquam inter omnem creaturam, qui proprius est puritatis fonti, Christo Jesus, et Mariæ canali per quem, flumen omnis puritatis et virginitatis immensum, transire seu decurrere debet. Hac de causa, Sanctus Joseph, tanta debuit puritatem habere, ut cum Virginum regina vivere potuisset, etiamque cum illo qui est ipsa egregia puritas, et exunde reliqua omnis venit. Quoniam

veluti omnis peccati immunditia a nostro protoparente Adam surgit, qui primus fuit peccator, ita a Jesus omnis puritas rumpere debet. Divina, infinita et immensa puritas, quæ communicare debebat se eum sua infinitate, immensitate et divinitate ad suam sacram humanitatem, quoniam in Jesu Christo, Deus est homo et homo est Deus. Et post Jesum Christum illa infinita, immensa et divina puritas in cordibus suorum protoparentum divinorum, Joseph et Maria, claudere debebat. Proinde cum Joseph creatus fuisset ut cum ipsa tractare puritate, necesse fuit ut eam majori grado possideret, ex quo liquet, sine originale macula creatus esse debuit. Nostri Missionarii Josephini et Sorores Josephinæ, certum debent habere contactum cum Josepho, et proinde propter suam puritatem et virginitatem distinguere se debent; et quia nunquam in ambabus familiis josephinis innumerabiles cordi mundi deficiunt, est adhuc non pauci Virgines, in Sanctissimo Patriarcha expectamus, ut semper, ad nos mundi et puri servare, patrocinati erimus; puri, scilicet, animi et corporis, cordis, affectorum, desideriorum, ut cum sic in tempore essemus, postea etiam simus in æternum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sanctissimus Joseph excellentiorem dignitatem et nobilitatem excepit re desponsatione.*Per verum et essentialem matrimonium cum Virgine Maria. ⁊ Quam ex parentum suorum generositate. Per verum....

LECTIO III.

*Omnis gloria immaculati Sancti Josephi
— ab intus est. —*

Jure merito, magna illa Doctor carmelitana dum reforma sua confirmavit et adhuc postquam eam confirmata fuit, solatium magnum sentiebat, dicens: Adhuc in Cænobiis relaxatoribus, animæ sunt Dei, animæ interioræ, animæ quæ, juxta sanctam ab ipso sancto interiorem vitam didiscebant, dictatum dicere potens animarum illud: omnis gloria ejus ab intus est. Si similibus animabus, tam pretiosi tituli convenient, quid de ambabus familiis josephinis, quæ dilectissimum efformant Institutum, dicemus? quid de nostro fortunato processu in spiritus viis, dicemus, cum esset Joseph securior dux noster qui nos ab intricatis vitæ interioris labyrinthis educet se cure? Ah! Josephum, magistrum nostrum amemus, qui modus orationem faciendi nos edocebit; illa oratio quæ nos, juxta Regulam, quotidie facimus. Josephum, ductorem nostrum paternalem, amemus, qui inter vitæ Missionariorum et Sororum Josephinarum difficultates, ille ductor nobis erit in orationibus nostris. Utique, ut Dominus Sanctus Joseph nos in oratione illuminet, in contemplatione protegat, in officii recitatione adjuvet et auxiliet, in exercitiis pietatis et in omnibus orationibus nostris. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ipse est noster divinus Joseph Pater Dei.* Quo majorem Deus facere non potest. ¶ Majus cælum posset facere Deus, majorem Patrem, quem Patrem Dei non posset facere Deus. Quo....

MES DE SEPTIEMBRE.

—DIA 1^o—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Augebatur nimium hic mutuus amor inter Virginem et Josephum propter naturalis nobilitatis similitudinem.—*Pet. M.*—Augebatur hic reciprocus amor Mariæ et Josephi ratione similitudinis; erat enim Joseph pulcherrimus. Similis admodum Christi et Deiparæ pulchritudini.—*Pet. M.*—Beata Virgo et beatus Joseph amore acquisito ex similitudine obsequii se mutuo perfectissime diligebant.—*Pet. M.*—Beatus Joseph multas passus est, multosque labores propter Virginem sustinuit, et quidem amore ac voluntate ut par erat singulari et maximo.—*Pet. M.*—Hunc amorem ex mutuis obsequiis et reciproca gratitudine inter B. Virginem et B. Josephum nobilissimos corpore et spiritu devote et affectuose contemplabatur.—*Pet. M.*—Beatam Virginem Sponsu suo secundum ejus capacitatem thesaurum conscientie communicasse agebat.—*Hubertinus.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Quantum Joseph pro Jesu laboris sustinuerit.* Quantum ille debebat. ¶ Ideoque multa pro Josepho